

parae, a s. Luca coloribus expressa, a Troade huc delata, pie colitur, quae cum templum hoc Honorio 3. Pontifice conflagrasset, nihil ex incendio post passa Gregorio 5. Pontifice anno circiter 995. corpora ss. martyrum Nemesii diaconi, Lucillae virginis filiae. Symphronii, Olympii tribuni, Exuperiae eius uxoris, et Theodori filii, de quibus in Martyrologio die 31. Octobris, recondidit. Ante idem vero altare, sub ferrea cruce, corpus s. Franciscæ Romanae viduae, pietate, et miraculis clarissimae, asservantur, quam religiosissimarum sororum, a Turri speculorum vulgo dicitur, fundatrix, Paulus V. Pontifex Maximus anno 1608. in sanctorum catalogum retulit. In eodem quoque templo, quod est una ex antiquis Cardinalium Diaconis, lapis visitur, in quo s. Petrus suae genueflexionis vestigia reliquit, cum, ut verbis utar s. Maximi (hom. 5. de sanct. Petr. et Paul.), fixis genibus Dominum est precatus, et Simonem Magum magicis artibus volentem, et velut vincitum, de sublimi aere deposuit, et quodam praecipitio in saxo elidens, eius crura praecipitio in saxo confregit. E regione s. Mariae Novae in monte ipsi Palatio olim erat Ecclesia Deiparae, dicta in Pallara, nunc omnino diruta, et vitibus obsita, quae teste Onuphrio de septem Ecclesiis, una erat ex viginti illis urbis Abbatias, ubi, inquit Onuphrius, fuit sagittatus s. Sebastianus. Dicebatur in Pallara a Palladio, quod Diomedes ex arce Troiae sublatum, superseditio postea adactus E. neae restituit, et in proximo Vestiae delubro, Andrea Fulvio auctore, a virginibus Vestalibus custodiebatur.

Extat s. Maria, cognomento, libera nos a poenis inferni, in foro Romano, ubi olim erat fanum Iovis Statoris. In hoc loco aliquando cum vasto, ac repente hiatu terra subsidisset, Marcus Curtius Ernes Romanus, adductus superstitione eiusdem responsi, quo vivens aliquis ad eam complendam deprecabatur, eque, militabilibus insignibus ornatus, conscendit, eumque vehementer admotis calcariibus, praecipitum in illud profundum egit, ut auctor est Titus Livius (lib. 7.), Valerius Maximus (lib. 5. cap. 6), Orosius (lib. 3. hist. cap. 5). Ibidem etiam ex aquis proximi Tiberis stagnantibus laevis erat, cui nomen erat Curtius, de quo Ovidius (6. de Fast.):

Curtius ille laevis siccas, qui susinet aras,
Nunc solida est tellus, sed fuit ante laevis.

Eiusmodi Deiparae templum in hoc loco excitatum, tamen non adeo magnum, nobilitatum tamen est propter draconem, suo afflatu Urbi pestilentissimum, ibi s. Silvestri Papae precibus mirabiliter extinctum: quod tanquam satis exploratum, multorumque testimonio comprobatum recipit Baronius (tom. 3. Annal.) ad annum Domini 324. cuius rei occasione s. Silvester hanc sedem multis in eius altari reliquiis repositis, Deiparae dicavit, quae ab eius conditore aliquando appellatur templum sancti Silvestri in lacu, quod Iulius III. anno 1550. Matribus venerabilibus Congregationis Turris speculorum attribuit, cum antea fuis-

set coenobium Monialium s. Benedicti, ab iisdem propter coeli insalubritatem desertum.

Extat s. Maria a Crypta picta in campo Florae ad theatrum Pompeii, prope hoc templum annum 1525. reperitum est marmor cum haec inscriptione: Veneris Victricis, quod ibi eodem fanum aliquod, vel ara forte esset dicata. Ceterum templum hoc ante 300. propemodum annos Deiparae Conceptionis est consecratum, auctore Octavio Pancirolo: cum aliare cum templo pervetusto dirigendum, ac restituendum esset, in charta pergamentina ibidem reperta, verba haec legebantur: Anno Domini 340. indict. 2. die vero Martis 8. Decembris tempore d. Bonifacii IX. anno suo 6. consecratum hoc altare cum Ecclesia in honorem Conceptionis beatæ Mariae Virginis.

Extat s. Maria in Aventino, ubi olim templum Bonae Deae. Haec Deiparae Ecclesia, auctore Onuphrio, quondam recesserat inter 20. Urbis Abbatias: In qua, inquit idem Onuphrius, est de corpore s. Sabini Episcopi, nunc prioratus est militum Hierosolymitanorum.

Extat s. Maria ad Campum Martium, quia a Marte, cui olim dicitur erat, nomen duxit. Huic templo coenobium est adiacentium monialium Ordinis s. Benedicti, quae ante 600. annos ex Graecia cum multis Sanctis reliquiis venientes, quod earum camelis reliquiis deferentes ad hoc Deiparae templum constitissent, nec progredi possent, hoc in loco sedem posuerunt. Inter alia vero, a quo sedem attulerunt, erat imago Deiparae a s. Luca depicta, quae aliquando post trabis proximae incendium inventa est ad quadam puteum, ab igne intacta, et in aere suspensa. Detulerunt etiam corpus s. Quirini Martyris, corpus item s. Gregorii Nazianzeni Doctoris praeclearissimus, quod in hoc templo, ut est in Martyrologio die 11. Junii diu asservatum, Gregorius XII. Pontifex in capellam a se in basilica s. Petri magnificentissime exornatam, summa celebritate transtulit, ac postridie sub altari digno honore condidit, brachio eiusdem sanctimonialibus relicto.

Extat s. Maria Gratiarum, ubi olim Vestiae erat fanum: haec tamen Deiparae Ecclesia proximo eiusdem Deiparae a Consolatione templo est unita.

Extat s. Maria in Aquiro prope circum Flaminium, ubi olim erat Isis fanum, vel, ut alii malunt, in Equirio, sic dicta a ludis equestris, qui eorum, et currum curus in campo Martio in honorem Martis a Romulo instituti die 13. Martii exercebantur, et illic transibant, de quibus Ovid. (l. 3. Faust.):

Altera gramineo spectabis Equira campo,
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.

Hoc templum in Equirio ab Anastasio Papa, teste Lucio Fanno (lib. 4. cap. 21) fundatum, inter antiquas Cardinalium Diaconas commemoratur; eisdemque templo attributum est Collegium Orphanorum, quarum domus consilio, et industria b. Ignatii Societatis Iesu fundatoris in urbe erecta est, teste Petrus Ribadeneyra (l. 3. vit. b. Ignat. cap. 9), ne videlicet parentum praesidio, omnique humana ope destituti, at-

que errandi pueruli, in aliquod animae, corporisve discrimen adducatur.

De aliis vero templis, per totum orbem terrarum in Deiparae cultum erectis, praesertim in Hispania, in Germania, et aliis partibus septentrionalibus, in Gallia, et Belgio, Constantinopoli, et aliis Orientis, et Africae regionibus, necnon apud Barbaras nationes, sic late scriptis Antonius Spinellus (de laud. b. Virgin. tract. de fest. et templ.), ut huic labori superdedendum censuerimus, cum historico magis, quam concionatorio muneri ista deserviant.

HOMILIA IX.

Ecclesia catholica permulta festa instituens in Deiparae Virginis cultum, eximiam suam pietatem, ac devotionem erga illam protestatur.

Inter alia pleraque obsequia, quibus Ecclesia Dei per totum orbem terrarum longe lateque diffusa, ad honorem, et cultum Deiparae exhibet, non minorem locum tenent in eius honorem religiosa instituta, quae adeo multiplicata sunt, ut merito s. Ildephonsus. (serm. 1. de Assumpt.) dixit: Haec est, quae ut cedrus Libani, quotidie in terris multiplicabitur, dilatabiturque ramis, et in coelo radicibus, ut crescat amplius, solidatur. Olim (Num. 28) ex Dei praeepto Hebraei, noviluniis recurrentibus Kalendarum, seu Neomeniae solemnitate, aucto sacrificiorum numero, celebrabant, ut cecinit regius Vates (Psalm. 8): Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitate vestrae. Ut autem tradit d. Augustinus (l. 19. contra Faust. c. 10), haec novae lunae celebratio novam creaturam, quod per Christum facta est, praenunciabat. Unde arbitratur, festa illa adumbrasse festa, quae tempore legis gratiae celebranda erant in honorem Deiparae, quam pulchram, ut lunam, divinus Sponsus compellat, (Cant. 6.) Et quidem si Ethnici, vano idolorum errore decepti, matris Deorum, quae tamen portentosa multa genuisse ab iisdem credebatur, aequinoctium verni diem sacrabant, ut auctor est Ropisus (in Aureliano), idque in quo indicare videtur Dionysius Areopagita (epist. 8); quanto aequius est, beatissimae Virginis festa celebrare, quae vera Dei parens est, nobisque auctorem vitae peperit, ac fontem perennem gratiae, et omnium, quae suscipimus, beneficiorum?

Verum ad festa ipsa accedens, celebrat in primis Ecclesia Rom. festum immaculae Conceptionis, quod apud Graecos ante mille annos, teste Galatino (l. 7. de Arc. cathol. verit. c. 5), celebrari consuevit die 9. mensis Decemb. videlicet est in Monologio eorum, et in constitutione Emmanuelis Imp. apud Theodorum Balsamonem (in Nomocan. Photii tit. 7. c. 1), et apud Baronium (in notis ad Martyr. die 8. Decembr.) qui testatur exulare in bibliotheca Sfortiana de Conceptione b. Virginis sermone Leonis imperatoris, qui dictus est Pseudo-anthropus ex eodem Baronio tomo 10. Annal. anno 886. Cassius quoque (lib. 1. de b. Virg.)

CARTHAGENA DE B. M. V. — Voi. III.

affirmat, Damascenum, qui claruit circa annum 720. in suo martyrologio diem Conceptionis Mariae notasse, et expressè addidit, quod illa ante Conceptionem pura dicitur, quod et Galatinus (loc. cit.) animadvertit. Apud Latinos vero die 8. Decembris ex nonnullis revelationibus, quas infra ponemus, celebrari consuevit. Verum a quo tempore id fieri coeperit, non satis est exploratum: nec enim desunt, qui ad tempora Caroli regis Franciae unam ex his revelationibus, circa annum Domini 880. cuidam regis Hungariae germano factam, asserant; quam infra referemus, eiusque meminit Franciscus Vanarez (in comp. vir. illustr. Ord. Sancti Benedicti), et Bernardinus de Busto (in suo Mariali), Alii vero ad tempora Gulielmi Northmannorum ducis, quia ea tempestate in Anglia imperabat: hoc referunt occasione eiusdem Abbatis a naufragii discrimine divinitus servati, simulque de hac solemnitate celebranda admoniti, quod refert Petrus de Natalibus (in catal. Sanctor. c. 42), et Iacobus de Voragine (in festo Concept. in vitis Sancti.), et Arnoldus Uvion (lib. 5. vitae c. 114) apud Cornelium Schultingium in Bibliotheca Ecclesiastica (to. 2. in festo Concept.). Hi tamen Abbatem hunc fuisse d. Anselmum affirmant: Baronius vero (loco citato), Helsenio Abbati Anglo, paulo ante tempora Anselmi circa annum Domini 1070. totum hoc tribuit, idque ex historia ipsa confirmat. Item sentit Buxius (l. 9. de signis Ecclesiae c. 8), quam tamen solemnitatem foviit postea s. Anselmus Cantuariensis Episcopus, qui obit anno salutis 1109. camque complexa est Ecclesia Lugdunensis propter scriptum supernae eiusdem revelationis, ut testatur Bernardus (epistol. 174). Denique ab universali Ecclesia in morem inducta, longe ante tempora Sixti Quarti, qui tamen in extravaganis, cum praeeccelsa, de reliquiis, et veneratione sanctorum, iis, qui Conceptionis missam, et officium, quae sua auctoritate emanant, celebrant, in die festivitatis Conceptionis, et per eius octavas, aut illis horis interfuerint, amplissimas est largitus indulgentias: et sacrum Concilium Tridentinum (sess. 5) constitutiones a Sixto Quarto de Conceptione b. Virginis invocat sub poenis in eis contentis.

Sed quid mirum conceptionis Deiparae festum a fidelibus solenne haberi in terris quod coelis, teste s. Vincentio ex sacra Praedicatorum familia (ser. 2. de Nativ. b. Virginis), ab angelis iam inde cum primum Virgo sanctissima materno in utero est concepta, celebrari caeptum est? Nativitas Deiparae post Ephesini concilii tempora anno nostrae salutis 436. celebrati, in quo excreanda Nestorii haeresis, qui beatissimam Virginem impie negabat Deiparam appellandam, Patrum sententias damnata est a Latinis, et Graecis, die 8. Septembris coli coepit, quod eruditè probat Baronius (in notis Martyrol. ad eam diem: nam ait Baron. in Quaeos Procli, Germani, Andreae Cretensis, et Damasceni sermones de hac solemnitate extant, et apud Latinos non solum Bernardus, et Fulbertus, qui circa annum Domini 1010. claruit, et Petrus Damianus, atque

alii de hoc festo sermones habuerunt; verum etiam Breda in Martyrologio, et s. Ildephonsus ante 900. annos lib. de virginitate, et parturitione Deiparae: cuius verba cap. 7. retulit ex Vincentio Beluacensi (7. specul. histor. c. 12). Huius festi meminit et Sergius Papa, qui anno 687. Pont. Rom. est renunciatus: litaniae ea die fieri praecepit, quemadmodum ordo Romanus, seu liber de divinis officiis testatur, et in sacramentario s. Gregorii antiquissimo manu scripto in bibliotheca Vaticana, de eadem celebratae peculiaris praefatio habetur ex Baronio (loco citato).

Ceterum teste Duran. (l. 7. c. 283), Virgo nata est non tantum 8. Septembris, sed etiam aurora illucescente, iuxta revelationem euidam viro religioso factam: et sane decuit Virginem, quae tamquam mystica aurora Solem iustitiae anteibat in mundo, nasci apparente aurora. Innocentius vero IV. huic festo octavam adiecit, teste Platina (in eius vita), et Durando (l. 7. c. 28), et Ioanne Bileth, atque fratre Alphonso Giaccone in vita Innocentii Quarti, cuius institutionis causam refert Arnoldus Uvionius (lib. 5. de legno vitae c. 22). Cum enim Caesestino IV. Pontifice vita functo, Cardinales ob multiples Frederici II. Imperatoris insidias, ad elegendum Pontificem viginti, et unum mensibus minime praeressent, votum Deiparae nuncuparunt, se eiusdem Nativitatis octavam instituturos, si in re tanti momenti eius precibus ipsi, omnibus sublatis impedimentis, Pontificem elegissent: quod cum ex animi sententia evenisset, Innocentius IV. summus Pontifex electus, primo sui Pontificatus anno eandem octavam servari iussit.

Illud tamen silentio minime praeterendum, quomodo divinitus cognitum fuerit, diem Nativitatis Deiparae in 8. Septembris diem incidisse: quod refert Vincentius Beluacensis (in specul. histor. l. 6. c. 65. et l. 7. c. 119): Solitarius, inquit, quidam sanctae vitae fuit, qui singulis annis harmoniam in coelo nocte Nativitatis Deiparae audivit; hic cum miraretur, quod hoc alio tempore non audiret, rogavit Deum, ut sibi ostenderet, quid hoc significaret; cui angelus Domini apparens, talia retulit: Virgo perpetua, quae Deum genuit, hac nocte nata fuit: quod licet ab hominibus ignoratur, ab angelis revelare habetur, quia revelatione divulgata eius Nativitas celebrari ab Ecclesia instituta est, haec Beluacensis, qui historiam suam usque ad annum 1244 persequitur, teste eodem in fin. specul. hist. Hanc eandem revelationem ex Ioanne Bileth refert Petrus de Natalibus (lib. 8. Catalogi sanct. cap. 51), Carthusianus (serm. 1. de Nativitate b. Virginis), et alii. Hoc ob similem revelationem, post multos tamen annos, ad ostendendum Laurentiae aedem in Natali Deiparae esse celebrandum, narrat Tursellinus ex Baptista Mantuano, et Hieronymus Angelica (in lib. 1. histor. Laurent. cap. 7), quae facta est euidam solitario, nomine Paulo, cui cognitum erat a Silva; quam, ut Deo soli vacaret, inhabitabat: quae visio contigit post adventam ex Gallicia primum, deinde ex Dalmatia in Italiam angolorum manibus sacram aedem Laurentiam: quod in annum reparatae salutis 1294. incidit, ut intelligas diversam esse

ab ea quam narrat Vincentius Beluacensis, qui diu ante illam aedem, litteris mandaverat, Paulus igitur e suo tugurio, unde sacram aedem Laurentiam conspicebat, coelestium rerum meditationibus de more insistent, novit integro decennio coelestem longe, laetique diffusam, instar ingentis cometae, flammam, quae b. Virginis cellae incumberet, comperitque sexto Idus Septembris, hoc est, ipso natalitatis beatae Virginis die, quotannis quarta ferme vigilia plurimum de coelo labi ignem, et aquabiliter lectum aedis splendore operire: nec ita multo post sublimem, unde venerat, recipere sese, existimabat ille b. Virginem, et in suam domum, delabi coelo: quare impigre accurret, coelestem Reginam, ut crederet, conspecturus, et impense salutaturus. Ceterum appropinquanti flamma primum extenuari videbatur, ad ultimum ex oculis evanescebat: apud coelestes, quod flamma portenderet, precibus a Deo cognoscere insistit: ad ultimum per quietem discessit, Natali Deiparae die domum eius Natalem anniversaria insigniri flammam: propterea quod ei cordi esset, cum inibi diem insigni solemnitate coli. Paulus, cui eximia sanctitas fidem comitabat, Rochestensi Episcopo, primariusque civitatis rem omnem enunciat, decretumque est eo die festum Laurentiae domus celebrari. Haec isdem fere verbis ex Turselliano, qui etiam addit, idoneis festibus cognitum nocturnos ignes de coelo super Laurentiam lectum labi visos ab aliis Recinetensibus, hocque anniversarium spectaculum ad Pauli Tertii Pont. Max. durasse tempora.

De Deiparae, cum trium esset annorum, Praesentatione, qua oblata est in templum die 21. Novembris, copiose disserimus (c. 8). Hoc autem festum Graeci ante multa annorum saecula celebrarunt, ut videre est in orationibus, quas de eo antiquissimi Patres Graeci Germanus patriarcha Constantinopolitanus, qui floruit circa annum 715. et Gregorius Episcopus Nicomediensis habuerunt, quae extant apud Surium tom. 6. et quidem hoc festum die 21. Novembris adnotatur in Menologio Graecorum, et in constitutione Emanuelis apud Theodorum Bassam (in nomocan. Photii tit. 7. capit. 1). In Gallis celebrabatur tempore Caroli Quinti Francorum regis anno 1375. quo tempore Philippus de Masseriis regi Cyppi Cancellarius in huius festi honorem Metense conebonium construxit, illudque monachis Coelestini Ordinis tribuit. Deinde Paulus Secundus Pontifex Maximus cum mala innumera in orbe crevissent, anno 1464 festum hoc approbavit, et solemiter celebrari imperavit, indulgentiis etiam, quod et Pius Secundus eius praedecessor recens fecerat, id pie colentibus concessis, quod Nolanus in Martyrologio Usuardi a se actio, testatur his verbis: Hierosolymis praesentatio b. Dei Genitricis Mariae, quam Pius, et Paulus Pontifices Romani cum indulgentiis instituerunt; sic ille. Patres vero Coelestini in conventu generali Parisiensi anno 156. Praesentationis Deiparae solemnitate per cuncta sui Ordinis monasteria Gallicana perpetuo celebrandum sanxerant, sed cum Pius Quintus in recognitione brevissimi Sacrorum festa contraxisset, et festum Praesentationis

Calendario non adscripsisset, in Ecclesia tamen Hispaniarum ex concessione Gregorii XIII. celebrabatur: denique Sixtus Quintus Pontifex Maximus in brevi dato 1. Septembris anni 1585. testatur, hanc celebritatem ab antiquissimis usque temporibus, summa ubique gentium cum veneratione observatam, voluit eam sicubi intermissa esset, restitui, praecepitque per omnes totius Orbis Ecclesias die 21. Novembris festum eiusdem duplici officio peragi. Arnoldus Wyon (lib. 5. lign. vit. cap. ult.) refert, Abbatem quendam in Normannia Ordinis sancti Benedicti, cuius nomen ignoratur, tempore Caroli Quinti Francorum regis, anno Domini 1375. instituisse festum Praesentationis b. Mariae eadem de causa, et eodem miraculorum genere, quo Conceptionis eiusdem festum ab Anselmo Priore est institutum; haec ex Arnoldo.

Annunciationis Deiparae festum Orbi Christiano celeberrimum 8. Kalendas Aprilis solemniter pietate, ac religione in Dei Ecclesia recolitur, cum angelo nunciante ex sanctissima Virgine propter hominum salutem, Deus factus est homo, ipsaque Virgo vera Dei Genitrix, simul etiam angelorum, atque hominum regina est effecta, ut propterea, qui se Deiparae studiosos proficiunt, de hoc mysterio ei potissimum gratulentur: plerique etiam cum hebdomadae diem, in quem singulis annis incidit Annunciatum, omnibus eius annis hebdomadis a carnibus et lacticio abstinere, quorum pietatem beata Virgo peculiaribus in eos emulatis beneficiis, sibi gratam esse declarat, quemadmodum (cap. 38) diximus: et quamvis ea die Verbi Incarnatio, ut diximus, peracta sit, festum tamen illud propter ea, quae (cap. 28) disseruimus, ab Annunciatione Virginis nomen accepit. Haec vero 25. die mensis Martii, ab Archangelo Gabriele optatissimum illud nuncium Dei nomine Virgini allatum esse docet Augustinus (lib. 4. de Trinit. cap. 5) de Christo loquens: Sicut a maioribus, inquit, traditum, suscipiens Ecclesiae custodit auctoritas, octavo Kalendas Aprilis conceptus creditur, quo et passus. De quo nos capite 11. ex quo festum hoc in Dei Ecclesia esse longe antiquissimum, utpote traditione susceptum, satis apparet: nam praeter Ambrosium, Augustinum, Chrysologum, aliosque Patres pervetustos, s. Gregorius Thaumaturgus, qui anno Domini circiter 230. florebat, orationem de eo habuit luculentissimam, a Willemo Lindaro Ruremundensi Episcopo Latine redditam, quemadmodum testatur Baronius (in not. ad Martyrol. ad hanc diem). Octavam porro festi Annunciationis Ordo Carmelitarum pro sua in Deiparam pietate religiose celebrat. Et quamvis olim in multis Ecclesiis haec Annunciationis solemnitas ad 15. Calendarum Ianuarii transolata fuerit, quod Quadragesimae tempus passionis Christi commemoranda tributum esset, ac moerori potius, Iuictique deberetur, ut videre est in Concilio Laodicensi (cap. 51), et in Toletano decimo (cap. 1), quod celebratum est sub Eugenio s. Ildephonsi Avunculo, Toletano Archiepiscopo, anno Domini 656. teste Mariana (lib. 7. de reb. Hispan. cap. 9); Romana tamen Ec-

clesia diem ipsum 25. Martii, in quo Verbum caro factum est, retinendum censuit: quod ipsum servant Graeci ex ipsorum Menologio. Sanctus vero Ildephonsus Toletanus Archiepiscopus Eugenii successor eam Annunciationis solemnitate, quae ut dixi, ex Concilio Toletano 18. Decembris agebatur in Hispania, in expectationem partus beatae Virginis commutavit, de qua plura infra. Ecclesia vero Ambrosiana, teste Galesino (in not. ad Martyr.), Annunciationem Domini in die Dominica, quae Natalem Domini proxime antecedit, celebrare consuevit, quoniam saepe in hebdomadam saeculam incidit, in qua ob passionem Domini solemniter celebrari non potest. Ceterum de praestantia, ac dignitate sacratissimi mysterii, in hac die Annunciationis peracti, plura egimus (cap. 8). Hic solum adiciam id quod de hac solemnitate habetur (in eorum orat. Athanasii de Annunciat.): Primum, inquit, hoc memoriae subiciendum, festum hoc unum esse ex Dominicis festis, atque adeo primum, et prorsus venerandum, ut pote, quod pro ordine, et digestionem rerum, quae in Evangelio de Christo praedicantur, sacrosanctum habetur: quippe in quo de Filii Dei et coelis descensus agitur; haec ibi.

Visitationis b. Dei Genitricis festum, cum ad s. Elisabeth praecursoris Matrem iuventudam se contulit, institutum est ex sancto Antonio (4. part. tit. 15. cap. 24. §. 3) anno circiter 1385. ab Urbano Sexto, et a Bonifacio Nono confirmatum, vel potius promulgatum anno Domini 1389. ad Dei Genitricis opem, ea instituta celebritate, impensis implorandam, propter gravissimum illud schisma, quod Ecclesiam Dei ab obitu Gregorii XI. usque ad Martinum V. misere lacerabat, e medio iolendum. Cardinalis Baronius (in notat. in Martyrol.) ad diem 2. Iulii legisse se affirmat tractatum quendam manu scriptum Ioannis Pragense contra quemdam Albertum, eius solemnitate impugnatum, in quo cum plura erudite disserat, nonnulla miracula et certas revelationes afferit, quibus Deus hanc solemnitate manifestissime comprobavit. Sane Bonifacius IX. in suo de hoc festo diplomate, fructum, quem ex hac celebritate colligere debemus, gravissimis verbis in hunc modum indicat: Hanc igitur Visitationem felicis recordationis Urbani Papa Sextus praedecessor noster de fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio, annis singulis ut Virginis Matris Dei humile obsequium cognata exhibitum, iugiter cordibus fidelium sit infusum, in Ecclesia catholica saeculo novas Iulii in perpetuum celebrari instituit. Et mox indulgentias, quae idem Urbanus III. concesserat, qui officio, vel missae eiusdem festi interessen, subiecit. Huius festi octavam ab Urbano VI. instar solemnitatis corporis Christi institutum complures religiosorum familiae pie servant, eiusmodi sunt Cluniacenses, Praemonstratenses, Cistercienses, Dominicani, Augustiniani, Carmelitae, et Caelestii.

Purificationis Dei Genitricis a Latinis, et Graecis 2. Februarii quadragesimo a Nativitate Domini die rite celebratur; hoc festum a Graecis,

Hypopante Domini, hoc est, *occursus*, seu *obvatio*, appellatur: quando videlicet Simeon occurrit Christo, qui in templo presentabatur, cuius exemplo Ecclesia, in eius diei officio omnes, in Christo occurramus, invitat illis verbis: *Eccc venit ad tempus sanctum suum dominator Deus, gaude, et lactare Sion, occurramus Deo tuo.* Et in Ecclesia quidem Orientali sub Iustiniano Imperatore celebrari coepit, occasione eiusdem magnae mortallitatis, Deiparae ope depulsa, quemadmodum (cap. 20) diximus, complures docent. Nicephorus (lib. 17. cap. 28): *Iustinianus*, inquit, *peracta sancta Synodo universali serventis exceptionem toto Orbe terrarum, festo die honorari instituit.* Paulus Diaconus (in *Miscell. histor. ann. 15. Iustiniani*), cui consensit sanctus Antoninus (2. part. *histor. tit. 12. §. 5*), Sigiberus (in *Chron. ann. Christ. 542*): *Constantinopolit.* inquit, *mortalitate magna insurgente, statuta est solemnitas beatae Mariae quae Graece ὑπόπαντη, id est, obvatio dicitur.* Idem habet Gulielmus Durandus (lib. 7. in *ration. divin. offic. cap. 7*), quamvis Cedrenus (in *compend. ann. 9*), Iustini senioris institutam veli: apud Latinos vero Gelasius Pontifex, qui triginta circiter annos ante Iustiniani tempora Ecclesiae praefuit anno 494. viam hinc celebratai aperuisse videtur, abrogatis Iulianicis, mense Februarii agi solitis, de quo Baronius in notis Martyrologii ad diem 2. Februarii, et tomo 7. annalium ad annum Domini 445. Sergius vero Papa, qui Pontificatum inivit anno salutis 688. huic solemnitati adiecit, quemadmodum habet Ordo Romanus, Iitanias, in quibus clerus cum populo ab Ecclesia sancti Adriani procedebat cum cereis in talem usum benedictis ad sanctam Mariam Maiorem, quod et in aliis Deiparae festis fieri docet Beda (in *lib. de tempor.*), de quo nos infra. Quod si roges, quare in hac solemnitate cereos gestemus accensos, respondet Innocentius (*ser. de Purif. beat. Mar.*): *Primum ut mos, inquit, ethnicus cum christiano ritu commutetur, et quod a solitis idolorum cultoribus ad honorem Cereris, ac Proserpinae agebatur, id prudenter a piis ad honorem, laudemque Mariae Virginis converteretur: deinde, ut qui per Christi gratiam sunt purificati, hac caeremonia moneantur, prudentes illas virgines imitari, quae, ut evangelica docet parabola, non sine lampadibus accensis ad Christi sponsi nuptias ingrediuntur; haec ille. Et s. Antoninus (4. part. tit. 55. cap. 24): In festo, inquit, Purificationis candelas accensas gestamus in manibus, lumen ardentissimae choritalis Virginis designantes, et eam vicem nostris operibus habere protestantes: et haec de cereis salis sint. Qui plura de Virginis Purificatione, et de cereis hac die gestari solitis, requirit, adeat Canisium (lib. 4. cap. 11. et 12. et lib. 5. cap. 24). Nonnulla miracula, quae hac die propter responsorium postea in festo Purificationis in officio institutum est dici, habes (cap. 24). Illud tamen exemplum minime praeterendum videtur, quod ad processiones commendationem, quae in hoc festo Purificationis fieri solet, maxime prope facere videtur, quod nos ex Caesario (lib. 7. *mirac. cap. 20*) suis plane verbis describemus: *In regno Franciae, in villa, quae dici-**

tur, Quido, virgo quaedam nobilis, et religiosa, sed paralytica fuit, quae orationibus, ieiuniis, et divinae contemplationi adeo operam dabat, ut corporalis cibus et in naveam verteretur: nec aliquid ex eo sumere poterat, nisi modicum succum utarum: hospitalis erat valde, ac propterea etiam spiritum meruit prophetiae, cui eius pater sacerdotem, qui ei divina celebraret: cum ministris instituit: haec cum in die purificationis Dominae nostrae sanctae Mariae Virginis, aliis clericis, aliisque ministris divino nutu absentibus sola iaceret, intra se tristis dicebat: Modo hic sola iaces, nec aliquid obsequii more Ecclesiae universalis hodie beatae Dei Genitrici Mariae impendis. Dum talia in mente volveret, spiritus eius mirabili Dei virtute de corpore educus, ab angelo in coelestem Ierusalem est deductus, in qua maximam videret processionem, ex diversis eiusdem beatae civitatis ordinibus, patriarchis videlicet, prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus, virginibus, ceterisque fidelibus, ex quibus vini sicut incedebat, et candelas ardentem in manibus gestabat, antiphonas, sive responsoria, ad diem pertinentia, more Ecclesiae militantis, omnes decantabant, et stationes debitas observabant. Angelus vero virginis ductor, alteri cuidam virgini, quam noverat esse consimilis meriti, illam sociavit, candelam porrigens ardentem: tantus erat decolor omnium sanctorum, splendor gloriae, et sol iustitiae, indutus Pontificalibus, mitram gestans in capite suo, cum baculo, chirothecis, et annulo, et reliquis episcopalis ornamentis, novissimum locum cum sanctissima Matre sua Maria tenebat. Cuius pulchritudinem omnis ille coelestis exercitus mirabatur: quae cum post tertiam stationem inchoasset antiphonam, Hodie beata Maria puerum suum Iesum praesentavit, etc. ingressi sunt templum ex auro gemmisque constructum, deinde inceptus est missae introitus, videlicet: Suscepimus Deus misericordiam tuam, et ab omnibus simul decantatus. Interim Christo introeunte ad altare, postquam expletum est Kyrie eleison a choris alternatim, post Gloria in excelsis Deo, etc. quod ipse Dominus noster Iesus Christus inchoavit, beatus protomartyr Stephanus epistolam legit de libro Malachiae prophetae, videlicet, ecce ego mitto angelum meum. Sanctus vero Ioannes Evangelista, dalmatica indutus, legit Evangelium secundum Lucam, scilicet: postquam impleti sunt dies purificationis Mariae, etc. quo peracto Dominus secundum morem ordinis nostri, ad gradum rediit, et offerentibus candelas suscepit. Praedicta autem virgo per spiritum sentiens, se ad corpus reversuram, candelam suam offerre voluit, etiam angelo suo praecipiente, volens illam secum ad terras portare: quod angelus considerans, candelam in manu eius fregit, superiorem partem auferens, et inferiorem partem eadem manu conclusam se retinuisse invenit, de qua plurae se habent, et forte usque hodie sunt virtutes. Nam aquam superflam infrensus bibunt, et convalescunt. Tam manifesta intelligeret, dicens illud Apostoli, cum de ea interrogaretur: sive in corpore, sive extra corpus necito. Deus scit; sic ibi.

Assumptio Dei Genitricis Inter eius festa longe est augustissimum, quippe quod ei felicitatem attulit inenarrabilem, ut propterea Navarrus (in *Miscellaneo 13. de post. b. Virg. num. 1*) dixerit, Assumptionem festum b. Virginis esse simpliciter maximum, iuxta glossam memorabilem, et receptam alma Mater, verbo Assumptionis, de sententia excommunicationis in 6. et Suarez (lib. 2. *de diebus festis cap. 8*): *Festum*, inquit, *Assumptionis est maxime proprium ipsius Virginis, et inter festivitates eius habet quandam excellentiam, quia gloriam, praenium, et triumphum sanctissimae Virginis nobis representat; sic ille. Eiusmodi sane festum in tanta felicitate gratularum, celebratur 18. Kalendas Septembris, cum sol ex astrologorum sententia, in coelesti Virginis signo commoratur, eademque die a Graecis, ut videre est in eorum menologio, et in novella constitutione Emanuelis imperatoris, recolitur: hanc vero solemnitate in Ecclesia antiquissimam esse satis apparet: nam, ut omittam antiquissimos Patres, Andream Cretensem, Damascenum, Metaphrasem, Petrum Damianum, Anselmum, Bernardum, aliosque plurimos, qui de hac solemnitate sermones habuerunt, certe ante Iuvenalis Episcopi Ierosolymitani aetatem, qui anno salutis 445. florebat, celebrem fuisse constat ex verbis, quae apud Nicephorum leguntur (lib. 2. cap. 23), ubi eiusdem Iuvenalis de Deiparae sepulchro et assumptione ad imperatorem responsum scribitur. Deinde Sophronius, Hieronymo aequalis, sermonem, qui inter opera Hieronymi habetur, de hoc festo conscripsit luculentissimum. Quod si quis pertinaciter contendat, sermonem illum non esse Sophronii, quia de re non initio huius operis plura, al saltem alicuius est viri gravissimi, qui ea fere tempestate claruit: nam ex eo sermone Petrus Chrysologus, qui quemadmodum ipse ait (*serm. 145*), anno salutis 500, vivebat, et Ildephonus, qui natus est anno Domini 610. in suis sermonibus integras sententias sunt mutuati. Sed quidni morales eam celebratalem solemniter agant, quae ipsi curiae caelestis iudicatum attulit maximam? nam Sophronius (loc. cit.), de ea agens: *Festivitas*, inquit, *haec, quae de nobis hodie revolvitur annua, angelis omnibus facta est continua: et Ildephonus eadem fere (serm. 2. de Assumpt.): Haec*, inquit, *festivitas assumptionis Virginis praecipua, et venerabilis nobis, sed venerabilior in caelo est angelis, et sanctis omnibus, quorum laetitia et gaudium prociudabo: ea huius adimpletur diei exultatione, quando beata Dei Genitrix clarior sole refulset in throno claritatis; sic ille. Quod vero Niceph. (lib. 17. cap. 18) scribat, festum hoc edicto Mauricii imperatoris institutum: Sic accipias inquit Baron. in notis Martyrologii ad 15. Augusti, ut eam antea ab Ecclesia institutam ipse in Oriente sanctione edita promulgavit. Ceterum festum hoc magna religione a fidelibus peragi solitum, illud argumentum est, quod eidem octava ab universali Ecclesia sit tributa ex institutione Leonis IV. Pontificis, teste Sigiberto (in *chronic.*) anno 846, cuius occasio, ex Anastasio bibliothecario, qui ea tem-**

pestate vixit, et ex Platina (in *vita eiusd. Pontificis*), ea fuit, quod basilicis, cuius habitus, et venus multi perierant, huius Pont. precibus, quemadmodum uberius (cap. 20) diximus, et fornice s. Luciae in Orpheia fuerit expulsus in ipsa die Assumptionis iuxta Anastasium bibliothecarium, vel in octava eiusdem festi, iuxta Platina; qui addit, hunc diem octavae postea ut festum celebratum esse. Ieiunium quoque vigiliae eidem festo, ex Ecclesiae praescripto, praemittitur, cuius meminit Nicolaus Pontifex, qui praefuit Ecclesiae anno Domini 858. ad consulta Bulgarorum cap. 4. ubi inter vetera S. R. E. ieiunia servari solita, recenset et hoc. Illud vero minime silentio praeterendum, quod Petrus Abbas Cluniacensis, dictus Venerabilis, qui s. Bernardi temporibus claruit, (l. 2. *de mirac. cap. 30*) tradit, cereos in aede s. Mariae Maioris de Urbe a primis vespers festi Assumptionis incendi solitos usque ad secundarum finem, toties 24 horis permanere continue ardenes, nihilque penitus immittunt: *Et hoc*, inquit, *tam nobile, et ante nunquam auditum miraculum, ad commendandam mortalibus gloriam Matris Domini, non in quolibet templo, vel in humili loco, non in quolibet vel quantalibet civitate, sed in ipsa Urbis Orbis capite, non semel tantum, sed assidue recursum annuo divina pietas, et potentia operatur.*

Celebre est festum Nivis, quae Liberio summo Pontifice circa annum Domini 368, parlem collis Equilini 9. Augusti, quo tempore in Urbe maximi calores esse solent, noctu contextit, cuius rei memoria eadem die anniversaria celebrata ab universali Ecclesia colitur: in loco autem nive consperso Ecclesia edificata est, quae nunc dicitur s. Mariae Maioris, cuius nos initia, progressum, atque praestantiam recensimus infra, ubi de templis Deiparae dicemus.

Festum desponsationis b. Virginis in Gallis die 22. Ianuarii celebratur, Petri Aurati, ex sacro Ordine Praedicatorum volis, qui anno 1346, composito eius solemnitate officio a Paulo III. Pont. suppliciter contendit, eius ut auctoritate illud liceret in Ecclesia decantari, ac sacrae Desponsationis celebratalem fieri 22. Ianuarii, quo tempore eam factam existimabat. Anno vero 1556. Gallieanum Ecclesiam secuta est dioecesis Atrabatenensis, ubi 23. Ianuarii hoc festum recolitur. Dedicatio Ecclesiae s. Mariae ad Martyres Romae 13. Maii, quam Ecclesiam, inquit martyrologium Romanum, ad eam diem beatus Bonifacius Papa IV, expurgato deorum omnium veteri fano, quod Pantheon vocabatur, in honorem beatulae semper Virginis Mariae, et omnium Martyrum dedicavit, tempore Phocae imperatoris; haec ibi quod ex Sigiberto apud Bedardum ad annum Domini 613. refertur. Gregorius vero IV. qui sedit anno 828, eandem festivitatei sub honore Dei Genitricis, et omnium Sanctorum in universali Ecclesia die 1. Novembris, ut supra diximus, celebrandam decrevit. Romae tamen die etiam 13. Maii in eodem templo olim Pantheon dicto, eius dedicatio fidelium concursu celebris habetur.

Expectatio partus Deiparae die 18. Decem-

bris solemnitas est celeberrima: in Hispania etenim, ut supra dicebamus, ex Mariana anno salutis 636 a Concilio Toletano (c. 1), sub Eugenio Archiepiscopo Toletano institutum est festum 15. Kalendrarum Ianuariarum, hoc est 18. Decembris sub nomine Annunciationis Deiparae, quam Patres illius concilii, quod condigne in quadragesima, vel Paschate celebrari non posse videretur, in illum diem transferendum duxerant, his verbis: *Ut ante octavum diem, quo natus est Dominus Genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus, atque praecellens: ex pari enim honore constat, ut sicut Nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem Matris tot dierum sequatur sacra solemnitas. Nam quid festum Mariae, nisi Incarnationis Verbi: cuius festum ita debet esse solenne, sicut est et eiusdem Nativitatis Verbi; haec ibi. Verum postea s. Ilyphonus Eugenii nepos, et in Toletano Episcopatu successor, eundem diem Deiparae sacrum sub nomine expectationis partus eiusdem esse decrevit, eamque magna pietate in hoc usque tempus celebrant Hispani, quam etiam a Gregorio XIII. confirmandum curavit, cum Annuntiationis Virginis ibi, 25. die Martii cum universali Ecclesia recolatur. Haec porro solemnitas vulgo sancta Maria de O. vocatur, quod in primis huius solemnitatis vespere in Ecclesiastico officio ponatur celebres illae antiphonae ante Nativitatem Domini ab O. initium ducentes, quibus antiquiorum Patrum ardens desiderium, Christi Domini adventum cupide expectantium, exprimitur. Vide Ribadeniram in vitis Sanctiorum ad diem 18. Decembris. Arcolum Dionium (in Martyrologio Benedictino eadem die), Marianam (lib. 6. de rebus Hispan. cap. 9). Azor. (tom. 2. lib. 1. cap. 28), et Vincentium (in speculo histor. lib. 7. cap. 120).*

Festum beatae Virginis Odigitriae, quod in Sicilia multo, ac decuratio nomine de *Idria*, alii vulgo appellant a Constantinopoli feria 3. Pentecostes, ubi aliquid ei templum, vel sacellum erectum est ac dicatum, magno populorum concursu celebrari consuevit, quemadmodum Romae, Neapoli, et alibi praesertim in Sicilia fieri videmus: eiusmodi vero festum duxisse videtur originem a Deiparae imagine, s. Lucae penicillo expressa, et a Pulcheria Augusta Theodosii Iunioris sorore, Constantinopoli in templo a se a fundamentis excitato, cui nomen τὸν ὀδηγῶν seu ὀδηγῶν hoc est, *viae ducum*, est inditum, collocata, una cum quibusdam Christi Domini fasciis, ac fuso eiusdem Virginis: de qua imagine Nicephorus (lib. 25. cap. 14): *Pulcheria*, inquit, *Augusta templum in urbe Constantinopolitana erexit ὀδηγῶν viae ducum appellatum, ubi Antiochia missam Verbi Matris imaginem dedicavit, quam deus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc vivente, gratiamque sedulo illi formae suae immittente. Haec imago in loco, quod tribunal dicitur, ubi ea, quae nunc quoque sunt, miracula peracta sunt. Porro in templo illo, ut tertio quoque septimanae die peregrinum item et supplicatio perageretur, curavit, quod ad hunc usque diem serratur; haec Nicephorus. Ex quo factum, ut Constantinopolitani cum vel hostium obsidio-*

ne, vel aliis angustiis premerentur, ad Deiparam confugerint, atque admirabilem eius operam, quemadmodum in tractatu de miraculis Aletis historicis ostendimus, experti saepissime fuerint. Veram reliquis omissis, ill tantum afferam in praesentia, quod de eiusmodi imagine scribit Vincentius Beluacensis, qui ante 400 circiter annos floruit (in speculo histor. lib. 23. cap. 147), ubi cum ageret de Sarraecenis tempore Leonis Secundi imperatoris, magna cum eorum caede profligatis: *Apud Constantinopolim*, inquit, *in monasterio sanctae Dei Genitricis, iuxta palatium in mare prope s. Sophiam, erat imago beatae Mariae, quae tenebat infantem in brachio, quam depinxit in tabula s. Lucas cum adhuc viveret, s. Maria vocatur Hodigidria, id est deductrix, quia duobus caecis apparuit sancta Maria, et deduxit eos ad vnam Ecclesiam, et illuminavit eos. Cum ista imagine facerent processionem omni die Martis per totam civitatem; haec ille, addiditque cum eiusmodi imago per Urbem circumferretur, Sarraecenis male perisae: eandem historiam ex Vincentio refert sanctus Antonium (tom. 2. histor. lib. 14. c. 2. §. 3). Huius imaginis exemplum una cum peculiari in eam pietate in Occidentis partes est propagatum: quare et templa, et sacella ei dicata, passim conspiciuntur. Nec Deiparae benignitas mortalibus defuit: plurima enim beneficia ad se confugientibus praestavit, quod tabellae in huiusmodi templis, vel sacellis appensae satis testantur: quo etiam factum est, ut complures feria tertia cuiuscumque hebdomadae propter institutionem Pulcheriae, teste Nicephoro (loco citato), et propterea, quae antilimus ex Vincentio Beluacensi, in honorem Deiparae Constantinopoli peracta, eius templum religionis ergo adeant, et iis tantum cibis vescantur, quibus in quadragesima uti licet.*

Constantinopoli die 2. Iulii in Blachernis, quod est templum Deiparae a Pulcheria Augusta admirabili pulchritudine in suburbis Constantinopolis exstructum, festum est depositionis vestimentorum Deiparae in eodem templo, quae erant fasciae sepulchrales a Iuvenali Hierosolymitano patriarcha ad eandem Pulcheriam missae: de hoc festo Molanus (ad Usuardi Martyrologium) in hunc modum: *Die 2. Iulii depositio stolae sanctissimae Dominae nostrae Deiparae in Blachernis. In eadem Urbe Constantinopolitana in Chalcoprateo etiam, quod latine fabricarum emporium sonat, erit alterum Deiparae templum ab eadem Pulcheria a fundamentis excitatum: de hoc festo Molanus (ad Martyrologium Usuardi) sic habet: Die 31. Augusti depositio venerandae Zonae sanctissimae Deiparae in anniversario die dedicationis templi in Chalcoprateis. De Zonae Deiparae depositione extant encomia Germani Episcopi Constantinopolitani, et Euthemii monachi apud Surium. In seraphico nostro Minorum Ordine sanctae Mariae angelorum, seu de Portiuenae die secunda Augusti festum solenne celebratur propter amplissimam indulgentiam, quam sanctus Franciscus, a Christo Domino Deiparae deprecante cunctis peccata sua rite confessis, templumque sanctae Mariae angelo-*

rum Assisii ea die invisentibus, imperavit; quod (in 1. conform. s. Francisci conform. 2. et in chronico Minorum p. 1. l. 2. c. 1. fusius describitur).

Celebris est solemnitas b. Virginis a Carmelo, quae die 16. Iulii ingenti fidelium pietate celebratur, in eiusque honorem feriam quartam cuiuscumque hebdomadae peculiari dicatam colunt complures, eaque die a carnibus sponte abstinere.

S. Mariae de Victoria commemorationem Pius V. Pont. Max. ob insigne de Turcis anno 1571 Deiparae auxilio ad Echinadas partem victoriam quofianis fieri instituit die 7. Octobris, ut videre est in martyrologio Romano ad eundem diem: verum quia eo anno septima dies Octobris in primam eiusdem mensis Dominicam incidit, quo tempore sollemnis sodalitalis Rosarii supplicatio fiebat, Gregorius XIII. Pontif. Max. Pii V. successor, hanc sodalitalitatem sub nomenclatione Rosarii Dominicae prima Octobris in Ecclesia, ubi altare, vel cappella Rosarii fuerit, tanquam festum solenne, sub duplici maiori officio de eadem Virgine Deipara celebrari permisit, quemadmodum capit. 20. diximus.

Festum dolorum Deiparae, quos cum puerum Iesum siseret in templo, Simeon ei vaticinatus est, a Cisterciensibus, quemadmodum ex eorum breviario colligitur, die 16. Aprilis, ab aliis vero in locis praesertim in Atrabensi dioecesi, feria sexta ante Dominicam Palmarum solenni ritu celebratur. In eiusmodi Virginis dolorum memoria apud Traiectensem dioecesim in d. Agydii, ubi Canonorum collegium erat, societas quaedam erecta est: quo in loco complura signa, aegrotis reddita valetudine, mortis ad vitam revocatis, divinitus sunt exhibitae, quemadmodum libellus quidam de ea societate Latinae editus testatur.

Festum gaudiorum eiusdem Deiparae in Ecclesia quidem Audomarensi sabbato, quod Ascensionem Domini proxime sequitur, celebratur, in Ecclesia vero Hoviomensi recolitur Dominica, quae incidit post diem 4. Iulii, translationi fuerint, ex piissimis Rythmis apud Canisium (lib. 4. cap. 13), quibus praeclarissimus Christi Martyr s. Thomas Cantuariensis etiam delectatus scribitur, ut ex lib. 1. revelationum s. Mechtildis (cap. 6) cognoscere licet.

Tandem extat sollemnitas recollectionis festorum Deiparae Lovanii Dominica 1. Septembris: eius meminit Molanus (ad Usuardi Martyrologium) die 1. Septembris his verbis: *Dominica die mensis Septembris Lovanii in Basilica s. Petri sollemnitas recollectionis festorum b. Virginis Dei Genitricis Mariae, quae cum totius urbis laetitia festine celebratur; haec ibi. Huius festi institutionem vide apud Lovanium Lipsii (lib. 1. cap. 5). Idem festum alibi etiam in Belgio est solenne, Duaci enim Dominic. ult. Augusti Antuerpiae Dominica 2. de Assumptioe Deiparae, Cameraci Dominica 4. Augusti recolitur. In Calendario Breviarii Cameracensis dioecesis, excusi Parisiis anno 1507. cum officio recollectionis festorum Deiparae mense Augusto die 21. versiculus hic legitur: *Lucas die 4. Mariae collige festa; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

Perenni sabbati cultu singulis recurrentibus hebdomadis, Ecclesia catholica Deiparae honorem honorat, specialia obsequia in ea die ei deferens, officii, missae, ieiunii, aut similitum.

Antequam propositum argumentum exordiar, praemittendum duxi ex anglico Doctore, quare sabbatum in Dominicam translationem sit: ad quod in haec verba respondet (2. 2. quaest. 122. artic. 4): *Hoc praecceptum litteraliter intellectum partim est morale, et partim caeremoniale: morale quidem ad hoc quod homo deputet aliquod tempus vitae suae ad curandum divinis, etc. sed quantum in hoc praeccepto determinatur speciale tempus in signum creationis mundi, sic est praecceptum caeremoniale. Similiter et caeremoniale est, prout fuit signum quietis Christi in sepulchro, quae fuit 7. die, et similiter prout significat cessationem ab omni actu peccati, et quietem mentis in Deo, similiter prout figurat quietem fruitionis Dei, quae erit in patria. Unde praecceptum de sanctificatione sabbati ponitur inter praeccepta decalogi, in quantum est praecceptum morale, non in quantum est caeremoniale, etc. voluit Deus, ut custodiretur unus dies in memoriam, quod Deus omnia creaverat in sex diebus, et in septimo quiescit a novis creaturis condendis. Sed quia Christus veniens fecit novam creationem, quae scilicet homo coelestis effectus est, sic ut per primam terrenus, iuxta illud Apostoli, in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed nova creatura: et haec nova creatura est per gratiam, quae incepta in resurrectione, iuxta illud Rom. cap. 6. Quomodo Christus surrexit a mortuis, etc. ita et nos in novitate vitae ambulemus; etc. quia resurrectio facta est in Dominica, ideo celebramus illum diem, sicut Iudaei sabbatum, Observantia diei Dominicae in nova lege surrexit observantia sabbati, non ex vi praeccepti legis, sed ex constitutione Ecclesiae, et consuetudine populi Christiani; haec divus Thomas. Propter motiva autem multa diversa lego, antiquos fideles sabbati diem religioso coluisse in partibus Orientalibus, et Occidentalibus. Nam divus Augustinus (epistol. 86) affirmat, Orientales dies sabbati honoris gratia, et in signum laetitiae, quod tunc caro Christi requiescebat in sepulchro, a doloribus immunis, ieiunium solvebat: verba eius sunt haec: *Populi Orientis propter requiem significandam, quae caro Christi in monumento requievit, malunt in sabbato ieiunium placare; haec ille. E contra vero Occidentales consueverunt die sabbati ieiunare in memoria passionis Christi, ut idem sanctus Augustinus testatur, dicens: Alii malunt propter humilitatem mortis Domini ieiunare sicut Romani, et nonnulli Occidentis Ecclesiae. Unde Breviarium Romanum (in vita Innocentii Primi) ait: *Probat etiam ut sabbato ob memoriam Christi Domini sepulturae ieiunium servaretur. Verum huius discriminis in-***

ter Orientales, et Occidentales alii aliam longe diversam rationem reddunt: nam cum quidam haeretici, ut Menander, Cerdon, Marcion, Cerinthus, et Saturninus, quorum meminerunt divus Irenaeus (capit. 30), Epiphanius (haeres. 42), impie affirmasset, matum esse Deum Hebraeorum, et ad illum expugnandum venisse Christum: et quia Hebraei diem sabbati observabant in honorem sui Dei, idcirco illi in eius contumeliam in sabbato ieiunabant; ad hanc tamen haeresim extinguendam, quae in Oriente praecipue grassabatur, catholici fideles ieiunio sabbati omnino se abstinebant, adeo ut sanctus Ignatius (epist. Philipp.): *Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, uno excepto, ieiunavit, hic Christi interfector est.* Quod idem prohibuit lego (in canon. 55. Apostolor.): ut latus prosequitur cardinalis Baronius tomo annuum anno Christi 57. Apud Occidentales vero, et potissimum Romae sabbati ieiunium viguit, ut divus Augustinus testatur (epist. 66), quod olim sabbato ante Dominicam, in qua divus Petrus expugnavit Simonem Magum, fideles praemisissent ieiunium: verba divi Augustini sunt ista: *Quoniam haec est opinio plurimorum, quamvis perhiberent esse falsam plebique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus propter ipsum magnae tentationis periculum, pridie cum eiusdem urbis Ecclesia, ieiunavit, et consequuto tam prospero gloriosoque successu eundem moem tenuerit, eumque imitatas sint nonnullae Occidentales Ecclesiae.* Scio Innocentium Primum (epistol. ad Decentium), et habetur (de consecrat. distinct. 3. cap. 3. sub.) affirmare, fideles ieiunare solitos in die sabbati in memoriam moeroris, quo Apostoli propter necem Christi non solum sexta feria, sed et sabbato confecti fuere.

Porro quam vetus sit sabbatinus dies in Deiparae cultum, non est una omnium sententia: nam divus Antoninus (2. part. histor. tit. 16), Generard. (lib. 4. chronolog. in Urbano 2), et antiquior illis Vincentius Beluacensis (lib. 25. sui specul. histor. capit. 112), et alii non pauci affirmant, coepisse in Concil. Claromont. sub Urbano 2. anno 194. quoniam in eo et officium parvum beat. Virgin. et ut in sabbato, officium maius de Deipara, et missa de eadem celebratur; at longe prius sabbatum Deiparae consecratum reperimus: nam sanctus Generardus Episcopus, et Christi martyr, de quo Sarius tomo 5. die 24. Septembris, et singulis sabbatis ante aram Virginis recitabat officium Assumptionis: in Ordine etiam Cluniacensi, qui coepit anno salutis nostrae 812 praecipitur, ut in eius breviario legitur, officium beatae Virginis celebrari singulis sabbatis extra quadragesimam, et nisi occurrat aliqua festivitas, quae duo non obscure indicant Concil. Claromont. id quod de sabbato ad Deiparae honorem in consuetudinem fuerat inductum, sua auctoritate sanxisset, ut observant Arnoldus (lib. 5. ligni vitae), Canisius (l. 5. de b. Virg.), quin etiam noster Pelbartus gravis Theologus (l. 1. stell. B. Virg. part. 4. art. 3. cap. 2): *Sabbatum Deiparae officium a sancto Ildelfonso, qui circa annum Domini 660. forvit, usurpa-*

*tum affirmat: scribit enim haberi praecipue in libro, qui inscribitur scala coeli, cuius auctor fuit Ioannes Egidius, seu Ioannes Minor Ordinis Praedicatorum. Haberi praeterea in miraculis b. Vir. s. Ildelfonsum Toletanum Archiepiscopum post editum de perpetua Deiparae virginitate librum, novem lectiones in officio ad Deiparae honorem quolibet sabbato dicendas confesse: cuius die quodam sabbati admirabilis in Ecclesia harmonia resonaret, arbitratus canonicos eo absente matutinum officium persolvere, oegus cum suis ad ecclesiam perveniens, admirabilem illud claritatem, et angelorum choros officium illud a se editum, decantantes; ac b. Virginem, quam angeli laudabant, in Episcopali cathedra residentem, absolutusque matutinis, s. Ildelfonso ad se vocato, casulam ad celebrandum coelitus altam, quemadmodum alibi diximus, esse largitam; haec ex Pelbarto. Hoc ipsum de sabbato ante multa annorum saecula in Hispania in honorem Deiparae dicato, colligi potest ex historia celeberrimi Deiparae templi, in monte Serrato, ea occasione extracti, quod anno Domini circiter 890. pastores, qui cum suarum ovium gregem in illius montis iugo degabant, observarint, singulis diebus sabbati inclinante iam die, ingentia lumina in proximum autrum delabi, conventusque angelicos ibidem exaudiri, quo prodigio ad Barconensem Archiepiscopum delato, et suis oculis inspecto, invenitur in eo antro Deiparae simulacrum piissimum, cui postea insigne illud templum est excitatum, de quo nos plenius in tractatu de festis, ac templis Deiparae: ubi et memorabile illud exemplum de comitis Barconensis filia a Ioanne Garino eremita iugulata, et post aliquot annos Deiparae ope viva inventa, referemus, quod per idem fere tempus configit, et adstruendi ibi monasterii causam praebuit. Huc etiam spectat illud quod de precatione, cuius initium est, Salve Regina. Navarrus pietate, et doctrina clarissimus, Prior Abbatum monasterii Roncaee Vallis, pugna Caroli Magni cum Mauris celebrata in finibus Navarrea, refert (in Manuali de orat. c. 18): *Fama est, inquit, sapidam illam orandi formam, Salve Regina, olim in nostra Ronca valle sabbatis solitam ab angelis cantari apud quendam fontem, quem ab eo tempore in hoc praesens angelorum fontem appellant: quam, ut alii aiunt, s. Bernardus audivit ab istisdem alibi cantari; haec ille. Quod ne cui mirum videatur, adiciam id, quod haec de re scriptum reliquit Gulielmus Durandus (in rati. div. offic. lib. 4. cap. 1). Is enim agens de missis, quae penitentialiter olim ex institutione Alcuini magistri Caroli Magni, rogatu tamen Bonifacii Archiepiscopi Moguntini singulis quaque diebus hebdomadae assignatae erant, affirmat 5. feria dici missam de Virginis, initium habuisse sabbati cultum in honorem Virginis ab eo miraculo veli imaginem Virginis Constantinopoli velantis, quod a vesperis feriae sextae recedebat, et poli vesperis sabbati redibat: quae omnia plane indicant mal-**

to ante tempora Concilii Claromont. praedictum cultum sabbati in honorem viguisse, solumque Claromontanum Concilium sua auctoritate ad illum religiosum morem magis stabilendum, id ipsum sanxisset, et approbasset, quod antea in more positum erat.

Quare autem dies sabbati magis, quam alia Virginis sacra fuerit, non est una omnium sententia in reddenda huius rei ratione: litterales ergo primum apponam, deinde mysticas. Prima litteralis est, hanc diem specialiter electam esse, quod experientia ipsa compertum sit, b. Virginem beneficia multa contulisse, mirandaque multa patrasse, huiusmodi est illud nuper a me relatam de velo quod sponte sua nemine movente recedebat, et redibat ad imaginem Deiparae velandam. Hanc autem Marianam liberalitatem in die praecipue sabbati solitam exerceri a beata Virgine delineatam intueor in historia, quam tradit Iosephus (libr. 7. de bello Iud. cap. 24), qui sic loquitur: *Conspicit Vespasianus in itinere fluxum, qui fuit medius inter arcus et Raphanae Agrypae regni civitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum: nam cum sit, quando fuit, plurimum, neque meatu sequis, tamen interpositis sex diebus a fontibus deficiens, sicum exhibet locum: deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exoritur: atque hunc ordinem, cum semper serrare pro certo compertum est. Unde etiam sabbaticus appellatus est a sacro septimo Iudaeorum die sic appellatus; haec Iosephus. Ac si eiusmodi miraculo, ut aliqui animadvertunt, demonstraretur, beneficia a Christo pro Deiparam, qui sabbatum esse dicatum, peculiari quadam ratione expectanda esse, cum Deipara in fonte illo paradisi, qui inversam terram irrigat, praefigurata intelligatur, et a Damasceno (oral. 1. de dorm.) fons perennis curationum vocetur.*

Ceterum hic obiter Iosephus redarguendus est, qui huius fluvii sabbatici miraculum in Iudaici sabbati honorem derivat, cum ex ipsius narratione contrarium potius colligi videatur. Existimo enim, Deum optimum huiusmodi miraculo non tantum ostendisse, ut diximus, ex Deipara, cui sabbatum ab Ecclesia erat consecrandum, gratiarum, ac miraculorum aquas perpetuo manare; verum etiam eodem fluvii miraculo in Iudaicae perfidiae detestatione innere voluisse caeremoniam, qua Iudaei ab omni opere, quin etiam a longiori itinere feriabantur, iam tum aeco illo Vespasiano cessasse, quando Christi Servatoris nostri Evangelio longe, lateque per orbem corescante, sabbati festi vitan in Dominicum diem transierat: manare quippe fluvio idem est, quod operari, et quodammodo iter agere; sicari vero nihil aliud dixeris, quam a proprio opere quiescere: quare sicari ante Christi Evangelium, dum lex Moysis vivebat, crediderim in veteris sabbati commendationem fluvium hunc sabbatis sicari, reliquis vero diebus fluere solitum, quod Plinius (libr. 31. histor. natur. capit. 2) testatur illis verbis: *In Iudaea rivus sabbatis omnibus siccatur; ita extincta iam, et sepulta post Christi mortem Synagoga, e contrario sabbatis non solum fluxisse, verum e-*

tiam reliquis diebus a fluxu cessasse, ut hac memorabili commutatione antiquatum fuisse sabbati religionem nemo, nisi obstinatus, non adverteret; et hac ratione Plinius, et Iosephus, qui nonnullis contraria dicere visi sunt, conciliari possunt, si ea, quae de hoc fluvio litteris consignarunt, ad diversa tempora referantur; id quod rationi valde est consonandum: nam etsi uterque iisdem imperatoribus claruerit; Plinius tamen, qui opus suum Vespasiano dicavit, cum ante Iosephum scripsisset ea, quae antiquiori saeculo ex aliorum relatione, vel etiam libris acceperat, posteritati tradidit, eiusdem fluvii novissimum mutationem ipse absens ignorasse videtur. Iosephus vero ea, quae praesens ipse spectavit, memoriae prodidit: quod non sine divina providentiae consilio factum videtur: ne quid enim Scriptoris gratiae, vel odio in tanti prodigii descriptione tribui posset, voluit Deus, ut quae in antiqui sabbati commendationem faciebant, a Plinio gentili; quae vero ad eiusdem postea abolitionem spectabant, a Iosepho Iudaeo litteris mandarentur.

Sed iam subitico divi Bernardi rationem: hic (lib. de passione Domini cap. 2) aliam longe diversam assignat, affirmans propterea sabbatum dicatum fuisse Virginis, quia illa sola in sabbato proximo Christi passioni fidem eius servaverit: verba eius sunt haec: *Passionis tempore omnes, relicta eo, fugerunt, sola illa quae benedicta est in mulieribus, pro illud tristes sabbatum fuerit in fide, et salvata fuit Ecclesia in ipsa sola, propter quod gratissima sancta Ecclesia ad laudem, et gloriam eiusdem Virginis diem sabbati per totius anni circulum celebrare consuevit.* Quibus verbis favent alia divi Bonaventurae (in 3. distinct. art. quaest. 3. ad secund.), ubi ait: *Quoniam discipulis dubitantibus in Virgine remansit fides Ecclesiae solida, et incoccussa.* Unde divus Antoninus (4. part. tit. 15, cap. 41. §. 1) docuit hoc significari per lucernam, quae in matutino tridui, et hebdomadae sanctae accessa reservatur, cum tamen reliqua omnia extincta sint. Verum quia existimo, quod cum Ecclesia sit quaedam congregatio fidelium, nulla ratione possit persistere in una sola persona, ut recte adnotavit cardinalis Bellarminus (controver. de concil. et Eccl. lib. 3. ca. 97), et deinde ex Evangelio habemus, quod quamvis Petrus defecerit in confessione fidei ter Christum abnegans, interna tamen fides in eo perseveravit iuxta Christi Domini promissionem, *ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: idcirco, ut allata ratio, quod die sabbati in sola Virgine remanserit fides, vera sit, oportet, ut intelligatur de fide explicita Resurrectionis Christi in particulari: haec enim in sola Virgine tunc fuit, non vero in Apostolis: nam licet Christus eis praedixisset explicitae suam mortem, et Resurrectionem, divus tamen Lucas ait: *Non intelligebant, quae dicebantur:* et Ioannes (cap. 20): *Nondum sciebant Scripturas, quae oportebat eum a mortuis resurgere.* Scio praecitata verba divi Bernardi, sed non possum veritati refragari. Tertiam, etiamque praecaram, ac litteralem rationem assigno, quod quemadmodum dies il-*

le, quo sancti martyres pro Christo necem sustinuerunt, singulis annis in eorum honorem religiose colitur, ita etiam, quia b. Virgo die sabbati, quo Christi corpus in sepulcro iacebat examine, tam acerbi doloris gladio eius anima transfixa fuit, ut plus, quam martyr a sanctis Patribus vocetur, idcirco in honorem huius Mariam martyrii Ecclesia catholica sabbatum ei sacrauit.

Atque hae sunt litterales rationes; nunc mysticas subnectamus, inter quas principem locum tenet illa, quod quemadmodum Deus (*Genesis cap. 2*) sex diebus mundum creavit, complevitque die septimo opus suum quod fecerat, et requievit die septimo ab universo opere, quod pararat, benedixitque diei septimo, ita etiam Deus perfectissimam, et omnibus numeris absolutam condidit Virginem; ac proinde si puras creaturas spectemus, cum nihil sit ea praestantius, dici potest in ea complevisse, seu perfectissem opus suum, in eaque item absque ulla contradictione perfectissimam requievisse, tum in utroque, ex quo carmen suscepit, in eoque novum resedit menses, tum etiam in anima, in qua per gratiam copiosissimam perpetuo mansionem fecit. Cui etiam instar sabbati multis benedixit; quod toto hoc opere manifeste ostenditur. In opere vero Redemptionis Christus, ut verbis utar Bernardi (*serm. primo Paschae*), in patibulo sexta feria redemit hominem, ipsa die, quae fecerat hominem in initio; sequenti die sabbatizavit in monumento, consummato opere, quod fecerat; tertia vero die, quae prima dierum est, primitivae dormientium, apparuit mortis victor, novus homo; sic Bernardus. At Christus longe praestantius in nostrae redemptionis opere in Virginis utero, tanquam in sepulcro animato sabbatizavit, et quievit, ut et ipsa Virgo testatur dicens (*Ecol. 24*): *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*. Virginis autem uterum cum sepulcro Christi non parvam similitudinem habere contestantur divus Ambrosius (*serm. 2. de Parase.*), d. Augustinus (*lib. 4. de Trinit. c. 5*), et divus Hieronymus (*lib. 1. contr. Iovin.*); et merito quidem: nam in primis sepulcrum erat in horto: amoenissimus hortus fuit b. Virgo coelesti sponso, sanctarum cogitationum folia, odoriferos verborum flores, ac sacrarum operum dulcissimos fructus germinans, ad quos divinum sponsum invitabat, dicens (*Cant. 3*): *Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructus pomorum suorum*. Si sepulcrum illud fuit ex petra excisum, ut sacer Evang. testatur; sane Isaias (*c. 16*) b. Virginem petram compellavit: *Emitte agnum Domine dominatorem terrae de petra deserti*. Petra quidem propter invictam eius fortitudinem: deserti propter virginem autem sacratissimi ab omni vili consortio solitudinem. Si novum illud sepulcrum fuit, in quo nondum quispiam positus fuerat, audi d. Augustinum hanc novitatem Virgini applicentem: *Octava Kalendas Aprilis Dominus conceptus creditur, quo et passus, ita in monumento novo, quo sepultus est, ubi nullus mortuorum positus, nec antea, nec postea, congruit utero Virginis, quo conceptus est, ubi nullus seminatus est mortalium*: haec ille.

Sed et aliam novitatis rationem in Deipara invenio, propter quam nova merito dici potest, quod ex veteri Adamo nihil vetustatis originalis maculae, aut fomitis ex ea nascentis confluxit. Si sepulcrum illud sigillo signatum fuit, quis ignorat beatam Virginem a sponso fontem signatum appellari, quia sigillo illibatae virginitalis fuit obsignata? Si sepulcrum illud fuit custodibus munitum, sane virginis uterum praeterquam quod habuit Iosephi sui sponsi assistentem custodiam, etiam angelorum excubiae Domini sui matrem, velut fortissimi milites tanquam veri Salomonis throno adibat. Si sepulcrum erat prope locum Dominicae crucifixionis, ita beata Virgo etiam utero gestans filium suum, futurae mortis illius, quam ex vaticiniis prophetarum praecognoverat, frequenter memoriam reficiebat. Si sepulcrum linteamina continebat, in quibus passionis vestigia impressa remanserunt, sane in praecordiis Virginis omnes filii sui cruciatibus adeo impressi fuerunt, ut si cuipiam daretur illam intueri, facile velut in imagine, ad vivum protypum referente eos omnes cernere possit. Si sepulcrum propter odorem aromatum, myrrhae, et aloes mirram fragrantiam exhalabat, haec suaveolentia in Virgine non desiderabantur, angelis ipsis acclamationibus (*Cantic. 3*): *Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii?* Ac tandem si Isaias de sepulcro Christi dixit: *Sepulcrum eius erat gloriosum, certe de b. Virgine Salomon dixit (Prov. 31)* gloriosam esse decantandum: *Viderunt eam filias Sion, et beatissimam praedicaverunt*. Quod b. Virgo alioquin humilissima inrefragabili suo testimonio confirmavit, cum in cantico suo cecinit (*Luc. cap. 2*): *Ecco enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Quamvis autem divo Ambrosio (*serm. 2. de Parase.*) visum fuerit non nihil tribuendum esse maiori gloriae sepulcro illi Christi quam utero virginis, sic enim ait: *Sicut tunc de utero ad praedicandum natus est, ita et tunc ad Evangelizandum renatus est de sepulcro; nisi quod gloriosior est ista, quam illa nativitas: illa enim corpus mortale genuit, haec edidit immortale: post illam nativitatem ad inferos descendit, post hanc reamatur ad coelos; nihilominus tamen multis aliis nominibus gloriosior sepulcro mihi videtur virginis Deiparentis uterum: nam sepulcrum illud lapideum erat, et inanime, uterum vero Mariae animatum sepulcrum, et rationis particeps. In sepulcro corpus Christi vere unitum sanctissima eius anima creabat; unde divus Thomas (3. part. quaest. 50. artic. 4.) merito dixit, Christum Dominum in triduo mortis non fuisse hominem, in utero Virginis perfectissime Deus pariter, et homo fuit: sepulcrum tres dies continuit Christum; uterum Virginis novem integros menses: Christus de materia sepulcri nihil sibi univit; at de materia uteri Virginis partem purissimum sanguinis per mysterium incarnationis Verbum divinum sibi copulavit: de sepulcri substantia nihil Christus in suam substantiam convertit; de substantia autem Virginis, hoc est, de virginis eius lacte, alimentum susci-*

piens, magnum eius partem in substantiam alii convertebat: in sepulcro Christus iacens, iam amplius nec sibi, nec nobis merebatur, cum Angelicus Doctor (3. part. quaest. 19. art. 3. ad primam) doceat, meritum Christi solum usque ad mortem perdurasse; in utero autem Virginis meritorio factus ea exercuit, quibus et sibi gloriae corpus, et nobis salutem animae merebatur: ad quod respiciens d. Thomas (*ser. 2. Pen.*) dixit, iam tunc operabatur salutem nostram in medio terrae, in utero videlicet Virginis Mariae. Cum ergo praeter gloriam Dei nihil Christus Dominus antiquius, et clarius haberit, quam salutem nostram, consequens est, quod illam operando in utero Virginis, vere ibi sabbatizavit, ac proinde merito dies sabbati sacer Deiparae factus est; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

Reliquiarum Deiparae veneratione, quas ipsa Virgo nobis reliquit, ostendit Ecclesiam catholicam devotionem, quam erga illam profitemur.

Sacrarum reliquiarum religiosum cultum, quem Ecclesia catholica Romana non solum Sanctorum ossibus, sed et vestibus, calceis, et aliis eorum suppellectilibus semper exhibere consuevit, haereticis caninis dentibus mordent. Eorum, qui hoc venerationis genus impudenter reprehendunt avari sunt, primus fuit Eunomius, et post illum impius Vigilantius, ut auctor est divus Hieronymus (*lib. contr. Vigilant.*): deinde eundem errorem amplexi sunt Lutherani, Calvinistae, et Centuriatores, qui (*centur. 5. cap. 6*) falsum testimonium divo Augustino imponere non erubuerunt, affirmantes illum (*lib. 12. de civit. cap. 8*) dixisse superstitionem esse magnum concursum ad reliquias sancti Stephani in Africam visitandas. Quod eorum impudentem audaciam aptissime comprobatur in toto illo capite, eo quod non solum non invenitur nomen superstitionis, sed nec verbum aliquod, quod cum redoleat. Sane mulier emorrhoea sola solum sibi Christi fideliter reliquit, et sanata est, (*Matt. c. 9*). Quod evidenter ostendit cultum, quem illa vesti Christi exhibuit, non fuisse superstitionem, cum per illum sanitatem a Christo Domino obtinuerit. Deinde (*Actor. 5*) minime sunt reprehensi populi, qui certam ad umbram Petri eo modo, quo poterant, attingendam, occurrebant, sed potius fidei suae praemium relatisse dicuntur: et tamen quae reliquiae viliores ipsa umbra cogitari possunt? Neque habuit sunt (*Actor. 19*) superstitioni, qui Pauli sudaria, et semicinctia deferebant ad aegrotos, ut etiam nos modo facimus, sed potius religionem illorum miraculis confirmabat Deus. Hinc Eusebius (*lib. 7. histor. cap. 15*) de sede lignae s. Iacobi Apostoli dixit: *Servatur cum ingenti studio, veluti a maioribus tradita memoria sanctitatis, et cum magna veneratione ha-*

betur; haec ille. Non ergo rideant Lutherani, et alii haeretici, si quando audiant, Romae cathedram sancti Petri ligneam honorari. Sanctus Athanasius in vita beati Antonii scribit, sibi ab Antonio relictum pallium tritum, cuius simile praecessit in pallio Eliae, quod ei in curru igneo ascendenti tradiderat, quodque Elishaeus, lametsi super illum requievisset spiritus Eliae, religiose servavit, et eo Iordanis aquas siccio vestigio transivit, et addit Legatarius Antonii benedicti, qui tritum pallium cum meleto imperio eius meruerat accipere; Antonium in Antonii muneribus amplectatur, et tanquam magna haereditate laetatur, per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. De eodem magno Antonio Hieronymus refert (*in vit. Paul. prim. Eremi.*), cum Pauli tunica ex foliis palmarum contextam Antonium adeptus esset, ob ipsius Pauli reverentiam illum induere solitum in diebus tantum solentibus Paschae et Pentecostes. S. Gregorius (*in epist. ad Reg. Gothor.*), quae extat (*tom. 1. Conciliorum*), in praemium exhibitae diligentiae, in conversione mullorum Arianorum, annulos quosdam catenae, qua in carcere vinculus factus divus Petrus, ad illum misit, et Ecclesia catholica speciale festum instituit in eius honorem, quod sancti Petri ad Vincula nomen habet: quod si lignae sedes divi Iacobi, Cathedra divi Petri, catenae eius, sudaria divi Pauli, pallium Antonii, et alia similia aliorum Sanctorum veneratione digna sunt; nemo sane mentis mihi inficiabitur, si Dei Genitricis suppellectilia, et res familiaris maiori cultu, et veneratione dignior censentur: et quidem nemo dubitare potest, cultum reliquiarum Virginis valde eius devotioni favere, divo Augustino dicente (*lib. 1. de civit. Dei cap. 12*): quemadmodum his, qui amore aliquid prosequuntur, est a natura insitum, ut non ex solo eius aspectu capiant voluptatem, sed donum, vestes, et calceos contemplantur cum magno laetitia, ita dicendum est de Sanctorum templis, et reliquiis.

Ceterum quaenam sint reliquiae Dei Genitricis, quibus particularis Ecclesiae veluti pretiosissimas pignoribus locupletatae sunt, iam subiciemus; ut tamen a velutioribus exordiamur, ea quae b. Virgo vel propriis manibus contraclavit, vel industria sua elaboravit, apponemus: huiusmodi est sacratissimum Praesepe, in quo ipsa perperam filium natum reclinavit, quod Romae sub altari Praesepi in nobilissimo sacello a Sixto V. extracto apud s. Mariam Maiorem est reconditum, de qua Onuphrius (*lib. de sept. Eccles.*). Huiusmodi est Conabulum, et aliquid ex fasciis, ac pannis infantiae Salvatoris, quae omnia rite conservantur in eodem templo s. Mariae Maioris, in ferculo marmoreo reliquiarum, auctore Onuphrio (*loc. citat.*). Fasciae vero Salvatoris, ex Nicephoro (*loc. citat.*), ab Eudoxia Augusta ex Hierosolyma Constantinopolim transmissa ad Pulcheriam Augustam, ab ea in templo magnificentissimo cum Deiparae zona collocatae sunt. Tunica quoque Christi inconstituta, de seipso contexta per totum, quae Ecclesiam significat, quam Dominus a militibus dividi nequiquam est passus, ex Gregorio Tarontensi (*de*